



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 2. Regula S. Benedicti Canonici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

§. II.

Regula S. Benedicti. Canonici.

Vita monastica se per universum brevi orbem Christianum extendit: ac multitudo Monachorum tanta fuit, ut in Ægypto sola, ubi tam perfecti erant, a fine seculi quarti amplius septuagies sexies mille numerarentur sine iis, quorum recensionem non habemus. S. Benedicti Regula nos clare docet vitæ monasticæ statum in Occidente: &, quod memorabile, magnus hic Sanctus non eam dabat ut exemplar perfectionis, sed duntaxat ut parvum quoddam principium longe distans a perfectione seculorum superiorum. Quæ res indicat; quantum remiserit fervor postea, cum hæc Regula videretur severa nimium; & quam remoti a ratione instituti sui fuerint illi, qui tot mitigationes ei adhucuerunt.

S. Benedictus credebat magna se indulgentia fuisse usum concedendo

A 5 Mo-

*Reg. S. Ben.
proleg. &
cap. ult.*

Monachis parum vini, duosque cibos præter panem, nec totum per annum eos ad jejunium adstringendo: & S. Gregorius Papa, qui vivebat eodem seculo, & hanc regulam observabat, speciatim laudat ejus moderationem. Sed natura corrupta malas semper rationes invenit, ut blandiatur sibi, & laxamento tribuat authoritatem. Nos eas postmodo examinabimus: hic solum addo satius esse manere in statu vitae communis, quam tendere ad perfectionem per viam imperfectam.

Interim formata multis in Ecclesiis erant collegia Clericorum agentium vitam, quæ ad similitudinem vitae monasticæ accedebat, quatenus haud obstabant eorum functiones. S. Eusebius Verecellensis futurum Clericum sic vivere primus, quem sciamus, docuit: & S. Augustinus sequebatur illius exemplum, ut appareat ex duabus ejus sermonibus de communione vita. Hi Clerici vocabantur Canonicci: atque sub medium seculum septimum S. Chrodogangus Metensis Epis-

Hist. l. 13.

§. 14.

Hist. l. 24.

§. 40.

Hist. l. 43.

§. 37.

Episcopus eis tradidit regulam: quam postmodum receperunt Canonici omnes, sicut Benedictinam cuncti Monachi. En duo Religiosorum genera, Clericorum alterum, alterum laicorum: nam tales erant Monachi plerique. Hi ex suo instituto incumbebant in privatam salutem suam, seu conservando innocentiam, seu vitam licentius actam acriter vindicando. Clerici communiter viventes imitabantur vitam monasticam, ut sibi caverent a temptationibus vitae aetuosae, & consuetudinis cum hominibus profanis.

Ineunte seculo nono, ac trecentis fere post S. Benedictum annis Monachi ab accurata observatione regulæ longissime recedebant: quia monasteria totum per Occidentem sparsa, cum sui singula juris essent, diversos sensim usus rerum in regula non scripturarum, veluti coloris ac formæ vestium, & qualitatis ciborum recipiebant, obtendebantque disciplinae laxamento. Ad medendum ^{tom. 7. Conc.} malo Aquisgrani anno 817, eum re-^{p. 1505.}

gnare

gnare cœpisset Ludovicus Pius, præscriptum condidit S. Benedictus Abbas Ananienfis cum multis aliis Abbatibus ex toto Imperio Gallico. Commendatur ibi labor manuum, quone Abbas quidem eximitur: & pauci adhuc Sacerdotes fuisse inter Monachos videntur. Anno priore 816 multi Episcopi eodem in loco præsentes Canonicis tradiderant regulam, quæ velut extensio quædam est illius, quam S. Chrodogangus composuit; missaque totum per Imperium, & pluribus seculis observata fuit.

§. III.

Ordo Cluniacensis.

At reliquo seculo nono, & ineunte decimo vastationes Normannorum, & universales inter Christianos hostilitates evertebant multas Ecclesiæ, & pleraque monasteria: ut liquet ex querelis Concilii Troslejani anno 909 habitæ. Observatio disciplinæ monasticæ in Occidente pro-

pemor-

Hist. l. 46.
§. 28.

Ibid. n. 22.

Hist. l. 54.
§. 44.
to. 9. Conc.
p. 510.